CCCLXXIII.

Messire ERNESTE, Comte d'ISEMBVRG, & de Grensaw.

ISEMBVRG.

Porte d'argent, a la fasce de sable, de deux pieces.

Scutum argenteum, nigrâ fasciâ transuersâ bipertitâ exaratum.

Heaume couronné d'or.

Galea auro coronata.

Timbre: vn vol addossé, chargé du blason de l'escu.

Apex: alæ geminæ, tergis obuersæ, typis scutariis picta.

Hachements, d'argent & de sable.

Laciniæ, argento & nigro mixtæ.

CCCLXXIV.

Messire OCTAVIO VISCOMTE, Comte de Gamalerio.

MILAN.

Porte d'argent, a la guiure d'azur, de trois tours en pal, couronnée d'or; a l'issant de gueulles.

Scutum argenteum, boâ cæruleâ, ternis gyris in palum circumplicatâ, & auro coronatâ impressum; erumpente ex faucibus infantulo coccineo.

Timbre: vn serpent ailé,

Apex: pennatus anguis prasi-

prasinus exoriens, auro umbratus & coronatus, puello coccineo ex ore prodeunte.

Fascia tortilis, & lacinia, ex argento & cyano.

naissant, de sinople, ombré & couronné d'or; a l'issant, comme en l'escu.

Bourlet, & hachements, d'argent & d'azur.

CCCLXXV.

Don LOVYS D'ARRAGON, CARDONA, ET CORDOVA, fils aisné de Don Henry Duc de Cardona, & de Segorbe, grand Conneſtable d'Arragon.

S*Cutum transuersè sectum, & ab summo tripertitum.*

I. *capitis laterculus,* ARAGONICVS.

II. CELTIBERICVS, LEGIONENSI *sustentatus.*

III. SICVLVS.

I. *pedis laterculus, decussatim quadripertitus: summum & imum* ARAGONICVM: *latus dextrum* CARDONENSE; *sinistrum* ANDEGAVENSE.

II. *etiam decussatim sectus, summum & imum iterùm* ARAGONICVM; *latera* VRGELLIANA.

POrte couppé de six pieces, trois en chef, & trois en poincte.

La I. du chef, d'ARRAGON.

La II. de CASTILLE; soustenu de LEON.

La III. de SICILE.

La I. de la poincte, escartelée en sautoir: le chef & la poincte, d'ARRAGON; flanqué a dextre, de CARDONA; a senestre, d'ANIOV.

La II. aussi escartelée en sautoir: le chef & la poincte, encore d'ARRAGON; les deux flancs, d'VRGEL.

La III. de PAILLAS.

Sur le tout, de CORDOVA; soustenu de COMARES.

Heaume couronné d'or.

Timbre: vn lyon de pourpre, assis de front, couronné & armé d'or, au visage de femme de carnation.

Hachements, d'or & de gueulles.

III. PAILLASIVS.

Omnibus symbolis, appicta in medio parmula CORDVBENSIS, COMARESIA *tesserâ sustentata.*

Galea auro coronata.

Apex: leo purpureus, sedens aduersus, coronâ & falculis aureis, femineo carnei coloris vultu.

Laciniæ, aureæ & coccineæ.

CCCLXXVI.

Messire ALBERT DE LIGNE, Prince de Barbançon.

Porte escartelé.

Au I. & IV. contr'escartelé, de LIGNE & de BARBANÇON.

Au II. & III. de la MARCK.

Sur le tout, d'AREMBERG.

Ornemẽts, du LXXXVII.

Scutum quadripertitum.

I. & IV. *quadrans,* LIGNENSI & BARBANÇONIO *symbolis rursum quadripertitus.*

II. & III. MARCKANVS.

In medio, scutulum AREMBERGICVM.

Ornamenta LXXXVII.

CCCLXXVII.

Messire Otho Henry Fvgger, Comte de Kirckberg, & de Veisenhorn, Seigneur de Gruenenbach.

Scutum quadratim diuisum.

I. & IV. *quadrans, auro & cyano in longum bipertitus, lilijs duobus, dextro caeruleo, sinistro aureo, impressus.*

II. *argenteus cum Mauritanâ feminâ, coronâ & capillis passis aureis, pullâ togâ auro prætextâ, laxis manicis argento reductis, quæ dextrâ manu sustinet mitram argenteam, auro instructam.*

In III. *coccineo, tres buccinæ venatoriæ, sibi inuicem incumbentes, loris & armillis aureis.*

Galea auro coronata.

Apex: geminæ tergis obuersis proboscides, dextra aurea, sinistra cærulea: in medio, lilium, cyano & auro, in longum bipertitum.

Porte escartelé.

Au I. & IV. party d'or & d'azur, a deux fleurs de lys, de l'vn en l'autre. FVGGER.

Au II. d'argent, a vne Morienne, escheuelée & couronnée d'or; vestue d'vne robbe de sable, bordée d'or, a larges manches, renuersées d'argent; supportant de la main droicte vne mitre d'argent, enrichie d'or. KIRKBERG.

Au III. de gueulles, a trois cornets de chasse, d'argent, couchez l'vn sur l'autre, liez & virolez d'or. WEISENHORN.

Heaume couronné d'or.

Timbre: deux trompes addossées, la droitte d'or, la seneſtre d'azur: au milieu, vne fleur de lys, partie d'azur, & d'or.

Hachements, a dextre, d'or & d'azur; a senestre, d'argent & de sable.

Laciniæ dextræ, auro & cyano; sinistræ, argento & nigro mixtæ.

CCCLXXVIII.

Messire NICOLAS, Comte d'ESTERHAZI, de Galantha, Palatin du Royaume de Hongrie.

ESTERHAZI.

PORte d'azur, au gryffon couronné, d'or, langué de gueulles, allumé d'argent; qui tient de la patte dextre esleuée, vn cimeterre nud, garny d'or; de la senestre abbaissée, trois roses de gueulles, boutonnées d'or, soustenues & fueillées de sinople; le gryffon soustenu d'vne couronne d'or, en poincte.

IN scuto cæruleo gryphus coronatus aureus, linguâ coccineâ, oculis argenteis; nudum acinacem auro instructum dextris falculis eleuatis tenens, sinistris depressis tres rosas coccineas, auro gemmatas, viridi ramulo foliato sustentatas: gryphus, in pede scuti, aureâ coronâ subnixus.

Timbre: vn gryffon naissant, au blason de l'escu.

Apex: gryphus emergens, scutario similis.

Bourlet, & hachements, a dextre, d'or & d'azur; a senestre, d'argent & d'azur.

Fascia tortilis, & laciniæ, dextrâ parte aureæ; sinistrâ argenteæ; vtrimque cyano mixtæ.

INDEX EQVITVM,

PER FAMILIAS.

TABLE DES CHEVALIERS,

PAR LES MAISONS.

Gg Cae-

Hon-

INDEX

INDEX INSIGNIVM
IN HOC LIBRO DESCRIPTORVM.

TABLE DES ARMOIRIES
BLASONNEES EN CE LIVRE.

Cruil-

Guel-

Man-

APPROBATIO.

INſignia hæc Gentilitia Equitum Ordinis Velleris aurei, deſcripta à Ioanne Iacobo Chiffletio, Catholici Regis & Sereniſſimæ Principis ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ Hiſpaniarum Infantis Medico cubiculario, parta virtute & ſanguine pro defenſione Fidei & ſeruitio ſupremorum Ordinis Principum, publicam perpetuamque poſtulant memoriam & lucem. Antuerpiæ hac XII. Septembris, M. DC. XXXI.

Zegerus van Hontſum Canonicus & Pœnitentiarius Antuerpien. Librorum Cenſor.

SVM-

SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPI IV. *Hispaniarum & Indiarum Regis Catholici ac Potentissimi Belgarum Principis Priuilegio cautum est; nequis* Insignia Gentilitia Equitum Ordinis Velleris aurei, Fecialium verbis enuntiata, & à Ioanne Iacobo Chiffletio Latinè & Gallicè producta, *præter Balthasaris Moreti voluntatem vllo modo intra nouennium imprimat, aut alibi terrarum impressa in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaliáve habeat. Qui secùs faxit, confiscatione librorum & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ* III. *Octobris*, M. DC. XXXI.

Signat.

Steenhuyse.


LABORE ET CONSTANTIA

GODEFRIDI VVENDELINI
ARIES
SEV
AVREI VELLERIS
ENCOMIVM.

ILLVSTR^MO ET NOBIL^MO DOMINO D. FERDINANDO D'ANDELOT EQVITI,

OLANI TOPARCHÆ,
TRIBVNO MILITARI PRÆFECTVRÆ AMONTANÆ
VRBIS GRAIACENSIS
IN BVRGVNDIÆ COMITATV GVBERNATORI
SEREN^MORVM BELGICÆ PRINCIPVM AVLÆ
PRÆFECTO PRIMARIO.

QVOTIES in Principum nostrorum res gestas intuor, ILLVSTRISSIME DOMINE, toties Belgicam Burgundicamque Fortitudinem veneror, Felicitatem adoro: quoniam vtrobique præsentiam Numinis obseruo, quod illis & animos suffecerit, & benè vsos viribus Felicitate beârit. Omitto recensere antiquiora. PHILIPPVS BONVS de fecundâ semente Fortitudinis ac Bonitatis quàm vberem messem Felicitatis ac Gloriæ reportauit? Inter Militarium ordinum collegia omnia nullum aut fuit vmquam aut erit augustius (absit dicto inuidia) AVREI VELLERIS Equitio Burgundo-Belgico auspicatissimo. Hoc cùm moliretur Heroüm ille maximus, Phrixum respectabat & Iasonem, & decantatam tot Vatibus

a 2 Iuuen-

Iuuentutem Argonautarum: ſed dum & Myſtas audit, paſſus eſt ſubſtitui ſacram Gedeonis hiſtoriam. Et tamen ne in Iaſone quidem minùs Felicem aut Pium fuiſſe, his oſtendo verſibus, quos nomini inſcribo tuo, fugitiuam dudum antiquitatem retrahentibus, & ab vltimo vſque principio veri originem ſcrutatis, ſpero & aſſecutis. Altera Felicitatis meſſis PHILIPPO poſtumat; cùm poſt ducentos iam annos Scriptorem nactus eſt vernaculum CHIFFLETIVM: qui pro eâ quâ apud Principes noſtros pollet gratiâ, excuſſis ſacris ſcriniis, ne vnum aliquem orbis angulum alloqueretur, ad deſultoriam linguam additâ conſtante, gemino ſtilo, pari facundiâ, ſic ſeipſum ſuperauit; vt quamuis linguarum temporariæ cum æternâ perpetuus ſit inter ſcrupuloſas ſtribiligines conflictus, opus tamen deſperatum Tomis aliquot grandibus perfecerit, & facta dictis exæquarit. Et hunc quidem iudicij publici ſecurum Stemmatum quædam velut promulſis vindicat. Carmen hoc meum quàm vera canat ſcio; quàm placiturum ſit neſcio: niſi quia ſplendorem à te, ILLVSTRISSIME DOMINE, ac priuatim mihi OPTIME, ſperat aliquem; quem tu iam inde ab Atauis, atque in his Auo Ioanne Andelotio CAROLI V. Magno Hyperaſpiſte, tum à Præfecturâ Prætorij tuâ, in cælos ipſos, & ad quatuor illos tuos filios glorioſâ morte fulgentes, refundis. Nimirum quàm tu dignus es iis quos legis, tam digna erunt quæ ſcribo vt legantur, ſi ſub tui nominis patrocinio legantur. Sic viuas: ſic valeas: ſic faueas: ſic foueas

ILLVST^MO NOB^MOQ. NOMINI TVO

æternùm deuotum

Godefridum VVendelinum.

GODE-

GODEFRIDI VVENDELINI
ARIES
SIVE
AVREI VELLERIS
ENCOMIVM.



ORQVATI *Proceres, & quorum gloria, Phœbi*
Æmula, se geminos tollit ad vsque polos;
Orsáque [1] *ab Eoïs laudum præconia metis*
Occiduas vltra spargit Atlantis aquas;
Queis fuluo radians pretiosum VELLVS *ab auro*
Fortibus ex humeris nobile pendet onus:
Quàm procul hinc vestræ tandem incunabula famæ
Quæritis à primis exoriantur auis?
Meque [2] *placet, si quæ variis comperta libellis*
Digessi, fidá pauca notare manu?
Quamquam animus refugit dubium subiisse laborem,
Ne tenuet dictis maxima facta suis:
Quamlibet aduerso scribantur carmina vento:
Quá tamen adspirat, pauca, sed apta canam.
Inclitus ille ARIES *villo spectabilis aureo,*
Tot Ducibus summum Principibusque decus,
Non fumum exhalat sacri ex fulgore metalli;
Materiámve sui sustinet esse leuem.
BVRGVNDAE *stirpis soboles Augusta* PHILIPPVS,
Quem Virtus voluit nomen habere BONI,

[1] Aureum Vellus eiusque Ordo iam Indis ac Perüanis, orbique innotuit vniuerso.

[2] Eius origo prima à me diligentiùs quæsita, &, vt spero, inuenta, ducto principio ab ipso Arietis sacro mysterio.

VELLERIS *æternos non fruſtrà ſanxit honores.*
Sed tamen, à meritis laus venit iſta quibus?
Attalicis [3] *qui picta notis aulæa tuetur,*
Quæ Bruxella atauis ſeruat ab vſque ſuis;
Intextumque videt Gedeonem bella parantem,
Et gemina oſtentans omina VELLVS *idem;*
Tum (ſtratagema Ducis) colliſæ fragmina teſtæ
Nocte repentinas eiaculata faces:
Hoc primùm forſan ſibi VELLERIS *argumentum*
Sumpſerit; hoc præter nil placuiſſe putet.
Vos [4] *gnari magnam hîc habuiſſe & Iaſona partem,*
Et ſediſſe animis quàm Gedeona priùs;
Cùm legitis priſcâ miracula ſcripta papyro,
Atque animus pendens Vatis ab ore ſtupet;
Vt [5] *Graiam Æſonides per inhoſpita littora pinum*
Iuſſerit Euxino pandere vela mari:
Delectoſque Duces fragili commiſerit Argo,
Quam docuit dubias certa Columba vias;
Perque fretum dirimens, & per Symplegadas, inter
Quas furit eliſi feruida ſpuma ſali:
Cùm peteret Scythicis rutilantia VELLERA *Colchis,*
VELLERA *Barbarico non toleranda loco;*
Taurorum æripedum proflatos naribus ignes
Inter, & inſomnis ſquamea terga feræ;
Inter & armatos fratres, de dentibus ortos,
Natáque de diris prælia ſeminibus;
Quæq; referre mora eſt, quæque eſt perpeſſa iuuentus
Theſſala, ad hiſtoricam non trutinanda fidem.
Fundere [6] *vana ſacros deliria fortè Poëtas*
Creditis? at veri ſymbola docta canunt.
Symbola, non minùs hæc pulchris dignanda lituris,
Quàm [7] *quæ ſunt ſacris condita verba libris.*
Nam

[3] Aulæa Bruxellenſia, temporibus Philippi Ducis texta, Gedeonis continent hiſtoriã.

[4] Mens primùm Philippi fuerat eruditiſſimi Principis, Iaſonem inſcribere Aureo Velleri, exemplum facturus Nobilitati ſuæ præſtantiſſimum húc Heroëm.

[5] Iaſonis res geſtas Apollodorus prodit in Bibliothecâ ſuâ, itemque Diodorus: præter Apollonium & Flaccum Ἀργοναυτικῶν Scriptores, Epicos poſt Orpheum.

[6] De Aureo Vellere multam Poëtis fabulandi occaſionem reconditiſſima Veritas prębuit, & Religio vetuſtiſſima, atque adeò cum mundi exordio nata, quam hîc paucis delibo.

[7] Dominus narrabit in Scripturis populorum & Principum.

Nam dederunt pretium simul hæc, simul ætheris alti
Machina cum terris, & simul ipse DEVS.
Scilicet hoc VELLVS *Signi cælestis imago est:*
Sub quo Sol blandi tempora Veris agit.
Quo [8] *nasci primùm conspexit sidere Phœbum,*
Atque nouos homines VELLERE *terra tegi:*
VELLERE, *quod superùm munus lego. Scilicet illud*
Hostia [9] *gestarat quâ sacra fecit Adam:*
Dum qui primitias ligni temerauerat, illas
(Doctior à damnis) cæde rependit ouis.
Exuuiasque [10] *sacras monitus circumdedit; inde*
Innocuos mores effigiante Deo.
Certè de grege fecit Abel: placataque summo
Numina de cælo sensit adesse sibi.
Sic ARIES *primo rerum signatus in ortu,*
Et cælo & terris nobile dogma fuit.
Inde [11] RENASCENTI *Cataclysmi à funere* MVNDO,
In MEDIO CAELI *vertice* CARDO *stetit.*
Quando [12] *(ego* DILVVII *si sum non futilis auctor,*
Tempora vel nequeunt si dare verba mihi:)
Luna [13] *oriens pressit surgentis brachia Cancri,*
Et Solis tenuit regia sceptra Leo;
Mercurium Virgo, Venerem Lanx, Scorpio Martem,
Arcitenensque Iouem, tu Capricorne Cronum:
Armeniasq; [14] ARIES *Noachi iugulatus ad aras*
Naturæ incolumis victima prima ruit:
Isaco factus ceu succedaneus idem,
Sospite pro gnato quem iugulauit Abram.
Illius [15] *at* VELLVS *Noachum vt sacrasse putemus,*
Ritus ab antiquâ relligione probat.
Nam quicumque olim dubiis per somnia rebus
Ex Adytis soliti poscere fata Deûm;

In

[8] Mundum Verno Arietis tẽpore creatum fuisse, placet sanctis nostris Patribus, & verum est.

[9] Egregiè Bolducus Adamo assignat originem sacrificiorum.

[10] Primum Vellus vnde Adamo? à Sacris. Sic Neptunus & Apollo condidisse memorantur Troiana mœnia Laomedonti, quòd de sacris horum Deorum pecuniis persolutum sit manupretium.

[11] Macrobius & Firmicus ex doctrinâ Ægyptiorum tradunt, nascente (à Diluuij fine) mundo Arietem fuisse in medio cælo.

[12] Opus meum de Diluuio propediem proditurum hæc plenissimè exsequitur.

[13] Thema Mundi à Diluuio renascentis die 27. Iulij Iuliani, ann. 2311. ante Christi æram, non ab alio quàm ipso Noacho monumentis traditum alibi demonstro.

[14] Sacrificiũ Noachi Soteria facientis dubio mihi procul Aries fuit.

[15] Sicut hostia ipsa, sic & Vellera pellesq; sacræ, profanis vsibus interdictæ semper fuerunt. Diphtheræ dicebantur.

In templis,[16] *cæsarum ouium sub nocte silenti,*
VELLERIBVS *stratis incubuisse ferunt.*
Et quia[17] *signandis placuere hæc* VELLERA *dictis*
(Ceu Ioui Amaltheo Diphthera sacra monet,
Ceu[18] *docet à primis sæclis quòd sueuerit olim*
Pelles Ionius sermo vocare βίβλους)
Illa dies Terræ post tristia fata RENATAE,
Fallor?[19] *an hoc ipso* VELLERE *scripta fuit?*
Sic erat. Et fuit hoc non VELLERE *carius aurum;*
Concepta est MVNDI *quo* GENITVRA *libro.*
Quâ nihil[20] *Astrologos memini reuerentiùs vsquam*
Suspexiße, sacrâ lege, GENETHLIACOS.
Seu quos Vraniæ Chaldæâ fouit in vrbe,
Ægypti seu quos terra vetusta tulit.
Persa[21] *Magus certè, Cæli Solisque sacerdos,*
Tutelam gentis VELLERE *pinxit ouis:*
Aßyriis sicut truculenti forma Leonis,
Pellæisque[22] *olidæ risit imago Capræ.*
Ergo, & Eleusinæ voluit Mysteria matris
Ogygus[23] *Archaicis texere si qua peplis,*
Siue quæ Deucalion priscis mandare tabellis;
(DILVVII *populo testis vterque suo,*
Ogygus[24] *Iapeti proles, Noachique nepotum*
Primus, in Aonio cui data regna solo;
Attica[25] *Deucalion postquam Anthesteria sanxit,*
Thessalicas regnum nactus ad vsque Pylas)
Quidquid ab his Phrixi seruauit Diphthera; sanctis
Inscriptum Mundi sunt Thema VELLERIBVS.

16 Virgilius & alij captandarum fortium titum hunc prodiderunt.

17 Sacrorum quoque Velletum vsus ad inscribenda Mysteria.

18 Herodotus hoc ipsum tradit exsertè.

19 Non stelis tantùm illis, quas memorat Iosephus, sed & Velleribus inscripsit historiam Diluuij Noachus.

20 Super Mundi Themate illo Iudiciaria Astrologia constructa est tota, cùm apud Chaldæos tum Aegyptios, vt videre est apud Firmicum.

21 Daniel Persicum imperium Ariete effigiat, Assyrium Leone.

22 Daniel & Iustinus Capras Macedonibus tribuunt, factas veluti ac tutelares.

23 Primus apud Græcos Ogygus Diluuij memoriam sacrauit templis ac cærimoniis, & post 240. circiter annos idem præstitit Deucalion, quem & scripsisse de Diluuio Cedrenus suggerit.

24 A Iapheto Noachi filio deriuat Ogygum idem Cedrenus; & quis tandem ille fuerit, Diluuium meum apetit.

25 Anthesterionis die 13. agebatur festum τῶν χύτρων, manibus eorum qui Diluuio petierant placandis, quod Deucalion scilicet Diluuialis religionis sacerdos instituit, regno dignatus propter hoc ipsum apud Thermopylas.

Picta-

Pictaque (ceu ius est) [26] *hæc cæli lipsana, fuluis*
Auroræ, Lunæ, Solis ab Iconibus:
Docta [27] *Palæphatiâ quando mihi voce papyrus*
Adstruit indicio Mystica sacra suo.
Quæ, sicut sobolem non ignorare nepotum
Naturæ voluit Mysta parensque Noa:
Sic quos [28] *Deucalion docuit, quos Ogygus; his de*
Mos fuit AVRATVM *dicere* VELLVS *habent.*
Et qui relligiosè habuere, vt Phrixus & Atreus,
Hos repetunt claræ stemmate stirpis auos.
Vnde [29] *Atreus gnarus Solis Lunæque laborum,*
Regia præ stolido sceptra Thyeste tulit.
VELLERIS *at Phrixum proauiti sacra ferentem*
Tam læto excepit Phasidis ora sinu;
Vt quamuis [30] *profugo, tamen hac pro dote marito,*
Panderet Æetæ regia Virgo torum:
Colchis vbi Armeniis contermina finibus, ortam
Se Noacho, fuerit quòd [31] *recutita, docet.*
Ne quà miremur si VELLERIS *auxerit aurum,*
Congestasque adytis accumulârit opes;
Templáque [32] *Enyalio dederit. Quâ voce notari*
Vltrices scelerum nos benè scimus aquas.
Ac quamquam Noachi retrò sublapsa referri
Relligio vitio temporis orsa fuit;
Vixque alibi tenues veri simulauerit vmbras,
Erepta ex oculis sensim animisque hominum:
Postquam instaurari hanc Superis sententia sedit,
Atque nouas leges [33] *sub duce Mose dari;*
Non tamen est ARIES *veteri fraudatus honore,*
Quin potiùs, multò claruit inde magis.

[26] Solebant Astrologica scribi litteris aureis; & numerus Lunæ rationem indicans, Aureus idcircò dictus.

[27] Auctor est Palæphatus, Vellus aureũ fuisse Auroræ signum aureum, quod Astronomicon ego Noachi scriptum interpretor, ex Luciano in Astrologiâ, & aliis.

[28] Ogygi Deucalionisque posteri ac discipuli Vellus aureum habere dicti, quotquot Noachi religionem scilicet colerent.

[29] Lucianus & alij tradunt, huius Velleris beneficio Atreum Astronomiæ peritissimum, & qui eclipsin Solis prædixerit, prælatum Thyesti in regno adipiscendo;

[30] Phrixus ob hoc Vellus in dignatione fuit apud Colchos, duxitque Regis illic filiam.

[31] Circumcidebantur Colchi more Iudæorum, teste Herodoto.

[32] Ἐνυάλιος ἀπὸ τῆς ὕης dictus, Mars putatur; sed sonat vox ista vltorem DILVVIALEM: Deum puta, cui templum Colchicum dicatum fuit, non Marti.

[33] Religionem Noachi Diluuialem non sustulit Moses, sed sacrauit, primosque honores Arieti detulit.

Lectus enim est, Pharios qui mergeret æquore currus;
Isacidæ [34] siccâ per quod iere viâ:
Sacrauitque AGNI *tinctos de sanguine postes;*
Fœderaque, à primi Paschatis icta die.
Siue etiam hinc meruit cæli inter Signa referri,
Æternus tanti testis & esse boni.

[34] Moses exiuit ex Aegypto Sole tenente Arietem, itaque & Agno fecit Paschali.

Idem [35] ARIES, *Iosui quà proderet Angelus hostem,*
Suspenso stantes amne ligauit aquas.
Post [36] Madianitas bello Gedeona petentem
Duxit, & auspicij signa secunda dedit;
Roscida cùm nullis maduerunt VELLERA *guttis,*
Arida cùm pluuio sub Ioue lana fuit:
Posset vt hoc ARIES *rursum inclarescere monstro,*
Vexillumque sacræ figere Militiæ.

[35] Iosue per siccum Iordanem est ingressus Chananæam sub Ariete.

[36] Gedeoni purganti aream apparuit Angelus, vtique Sole tenente Arietem, quare & per Vellus ei futura significauit.

In [37] quam cùm misit Chironis Iasona curas,
(Hunc quoque ducentem Deucalione genus)
Non secùs ac Josuen, Mosen, Noachumque, per vndas
Suasit inexpertas ire, redire vias.
Cuius cùm referunt cursus rexisse Columbam;
Nónne ipsum agnoscunt, commemorantq; Noam?

[37] Iason Deucalionis pronepos soluit verno tempore, ac multis modis eius res, sicut narrantur, Noachum exprimunt.

Additur, [38] vt dubiis summo in discrimine rebus,
Argo præsentem sensit adesse Deum.
Bebrycias Amycus cogebat in agmina turmas,
Hospitibus Minyis aspera bella ciens;
Cùm sese pauidis cælo delapsa per auras
Obtulit aligeri candida forma viri;
Eripuitque malis. Templum Signumque dicauit
Æsonides, memori nomine, Sosthenium:
Quod Constantinus Michaëli deinde sacrauit;
Admonitus iussis scilicet Angelicis.
En quibus auspiciis (neq; enim vetus illa priorum
Omnia canities quæ fugiamus habet)

[38] Historiam hanc admirabilem vide apud Cedrenum, atq; à fabulâ Iasonem vindicare disce.

Deuca-

Deucalioneæ cultor pietatis Iason
Reddidit Ogygio VELLERA *sancta solo.*
Fallor? an à [39] *Phrixo ad Gedeona & Iasona fasti*
Lustra ter octonis orbibus acta ferunt?
Tempus idem amborum? Sic est.[40] *Cùm solueret Argo,*
Iam Madianites sumpserat arma ferox.
Hoc fuit ante [41] BONVM *ter sæcla nouenna* PHILIPPVM:
(De tamen hoc Soles tempore deme nouem)
Ceu serie historicâ Clio transacta recondens,
Hæc alibi Chronicos digerit in Canonas;
Et docet, vt quibus hac de puppi fama perennat
Ætas, [42] *Heroas non tulit vna semel.*
Sed, si quos similes virtus illexit ad ausus,
Gloria constituit nobilitate pares.
Aureus ergo ARIES *per tot miracula fulgens,*
Et præ quo scoriam cuncta metalla putes;
Gemmeus est postquam hoc sub sidere, [43] *clarior* AGNVS
In gremium subijt casta MARIA *tuum.*
Qui ne de superis has illapsurus in oras
Ætherei aduentus nuntia paruâ daret;
(Quamquam ceu pluuij sine murmure guttula roris
In VELLVS, *tacitâ linqueret astra viâ)*
Terrasque tractusque maris cælumque profundum
Dignatus magnâ est ceu monuisse tubâ.
Anno [44] *namque priùs quàm se committeret orbi,*
(Vt metatores Regibus ire solent)
Non iterùm innumero redituros Vere Planetas
ARIETIS *in signo iussit adesse simul:*
Et peragi primo Comitia maxima cælo,
Vix ea post annum dissoluenda nouum:

39 Phrixus claruit anno Mundi 2587. ante Iasonem 120.

40 Eodem anno Mũdi 2707. & Iason claruit, & Madianitæ grassati sunt, quos fregit Gedeon.

41 Philippus Bonus anno Christi 1431. qui fuit Mundi 5399. instituit ordinem Aurei Velleris.

42 Non omnes illi Heroës qui feruntur à Poëtis cum Iasone interfuisse expeditioni Argonauticæ, eodem tempore vixerunt.

43 Christus incarnatus est die 25. Martij Sole Arietem obtinente, anno Mundi 3964.

44 Anno Mũdi 3963. mense Martio fuit magna Triplicitas Planetarumque omnium synodus admirabilis in Ariete; ac post annum Christus incarnatus fuit, solutâ iam Triplicitate.

Saturni, Iouis, ac Martis Triplicata poteſtas
Maximi vbi partus omina terna dabant.
Aurea Saturni qui ſæcla reponeret olim
REX, *placidâ mundum ſub ditione tenens:*
Quique Iouis multas fumantia thura per aras
MYSTA *Deo aſſereret relligione Patri;*
Et pacaturus truculenti prælia Martis
Vulneribus MEDICVS *Myrrhea dona daret:*
AVRVM, THVS, MYRRHAM, [45] *Reges, Myſtas, Medicoſque,*
Ne SVA *miremur dona tuliſſe Magos;*
Atque [46] *Palæſtinum pueros timuiſſe Tyrannum,*
Quotquot ab hoc cæli lux tulit alma ſitu.
Sic ARIES *priſcis toties cantata Sibyllis*
Aurea de cælo ſæcula reſtituit;
AGNI [47] *purpureo tandem obſignata cruore,*
Arbore quem multum fudit ab ille Crucis:
Totque figurarum traxit compendia ſecum,
A priſci quotquot VELLERE *Abelis erant:*
VELLERIS *vt proprij in ligno ſanciret honorem,*
[48] OESYPA *ſedarent cùm lita felle ſitim.*
OESYPA, *diuinis tunc ſic contacta labellis,*
Suxerit hinc vires vt Medicina nouas:
Quas ſenſit longo Natura oppreſſa veterno,
Vix poſt dena quater ſæcla renata ſibi.
Agnouit [49] *Cælum, Tellus, Mare, & Infera regna,*
Hunc AGNVM *flexo deuenerata genu.*
Cui dudum & Reges ſubmittunt ſceptra volentes,
Seruitio hoc læti libera colla premi.
Colla, quibus ſacras inn ectunt ſponte catenas;
Ne non ſit turpi ſpes quoque adempta fugæ.

Adſciſcunt

[45] Magi Perſarũ Reges creabant: Sacerdotes erant Solis; & Medicinæ conſulti, Plinio & alijs teſtibus.

[46] Hinc intelligimus, cur Herodes occiderit infantes à bimatu & infrà, vſq; ad tempus nouæ ſtellæ.

[47] Chriſtus paſſus Sole tenente Arietem.

[48] Obtulerunt milites Chriſto ſitienti in cruce calamo impoſitam ſpongiam, obuolutam Oeſypo ſeu Ὑσσώπῳ, prout Medici vocant. ita illuſerunt Deo proterui ſcurræ.

[49] In nomine IESV omne genu flectitur.

Adſciſcunt [50] *Procerum ſocialia corda ſuorum,*
Commenti variis ſymbola quiſque notis.
Symbola, MILITIAE *ceu Niceteria* SACRAE,
Corporis illuſtri parte ſueta geri.

[50] Ordines varij à Principibus inſtituti, plerique omnes in Chriſti Dei laudem ac gloriam.

Ergo [51] *aliis aliud dum (& futile ſæpè)* PHILIPPO
VELLERIS AGNINI *teſſera lecta fuit:*
Quando ratus curas BVRGVNDO *Principe dignas,*
Si tales mores inderet ingeniis;
Ac tantùm exemplo Heroüm formaret honores,
Quantùm illi pictis Stemmata de Clypeis;
Ordinis in partem Gedeone & Iaſone digni
Legit, quorum eſſet pectore laudis amor.
Laudis amor ſolidæ, nec ſomnia vana ſequentis,

[51] Illuſtriſſimus Aurei Velleris Ordo præ alijs omnibus exſertè eminet.

Ruſtica [52] *Nobilitas qualia ſæpè videt:*
Sed quali Gedeon Madianitûm agmina ſtrauit;
Æſonides quali VELLERA *fulua tulit.*
Scilicet, occiduas vt partâ pace per vrbes,
*(*AGNI *vbi veſtiri* VELLERE *quiſque velit,*
Grexque gregem ceſſet rabie lacerare caninâ)

[52] Corruptio nobilitatis ex contemptu veræ laudis à pietate petendæ, & ſacrâ Militiâ.

Sentiat [53] *Europæ Phaſidis ora minas:*
Sentiat vltrices vires, iraſque minores
Viribus, & meritas Verpus apella vices.

[53] Turca petendus.

Quod [54] BVLIONAEVS *Princeps, quod* FLANDRICVS *olim,*
Vt ſtudeant, fortes erudiere viros.
Quos ſi ciuilis ſterili de puluere pugnæ,
De glacie, atque vluâ, pœniteatque niue;
Nulla vbi victori compendia, damnave victo,
Stantem vbi proſtrato ſuccubuiſſe pudet;
Exſpectent ſacri pretium non vile laboris:
Permutentque lutum cum meliore ſolo

[54] Godefridus & Balduinus Heroës omnibus imitandi.

Helladis, Ægypti, Libyes, Asiæque; quod omne,
Eheu! Byzanti Sardanapalus habet.
Illic, captiuo VELLVS *graue splendeat auro;*
Femina nec teneat præmia digna viris.
Præmia, Threïcio sic custodita Draconi,
Sueuerit [55] *Hesperias vt timuisse manus:*
Cùm nulli fluctus, nullæ Symplegades obstent,
Quin ducat PETRI *Dia Columba ratem.*
Nil [56] *Taurorum illi fumosa incendia prosint;*
Quæ ructat vano vanior ira sinu.
Ære pedes solidi nil sint, nisi proxima victo
Instrumenta metus, præcipitisque fugæ.
Dentibus infrendens, furiato vt mordeat ore,
Quantus & est rabido pectore verrat humum;
Spargat Tartaricis armorum semina sulcis,
Suscitet vt turmas in noua bella nouas;
Nil aget. Et [57] *nomen dispellet Iasonis vmbras;*
Siue hoc Hebræo suauius ore sonat.
Auguror? an quorum mihi dulcia somnia fingo,
Præsagæ mentis gaudia dictat amor?
Atque adeò; an cæli Numen quoque vota secundat
Publica? nec ventos irrita ferre sinit?
Euenient. Dat signa Deus. Neque enim omine nullo
Dubidis [58] *ad ripas concinit albus Olor;*
Per loca senta situ, per confraga & arcta, nec olim
Peruia, iam faciles lenè trahentis aquas.
Ille vbi Luscinias [59] *patrio modulamine mulcet;*
Auditurque Aquilis, inuidiamque parit.
STEMMATAQVE, *& Veterum clangit decora alta parentum,*
VELLERIS AVRATI *quos celebrauit honos.*

Vt

55 Occidens terrori semper fuit Asiaticis, de quibus toties triumphauit orbis Latinæ Ecclesiæ.
56 Fastus & iactantia Turcica facilis debellari.
57 Idem vocabulum Iason Græcè, IESVS Hebraicè, Medicus Latinè: vnicum robur sacræ Militiæ.
58 Chiffletius Aurei Velleris Scriptor, incomparabili facilitate ac facundiâ natus Vesontione ad Dubin.
59 Gallicè Gallis scripsit, & Latinè Latinis pari suauitate.

Ut ne virtutes encomia iusta requirant;
Et discat proaui fortia facta nepos.
Dum Colchos alij per lucra infamia quærunt,
Ad quæ fucato VELLERE *turba ruunt;*
Chironis soboles, & Iasonis alter Iason,
Ad VELLVS *curuâ nescius ire viâ,*
Tot [60] *præco decorum, tune hic Cygnus es* CHIFFLETI,
Qui Gallis nectar fundis ab ore modis?
Qui Latio ambrosiam sic iam sermone propinas,
Aspera mellito vt verba sapore fluant?
ICCIA [61] *qui nostris monstrasti littora, vt esset*
Vnde Argo Jonias Belgica adiret aquas?
Vndæ, feræ, volucres, Orphea silentia seruant:
Accubo ego auscultans. Incipe CYGNE *Melos.*

[60] Opus adfectum iam habet de Aureo Vellere Tomis magnis explicatum.

[61] Chiffletij portus Iccius felicissimi detectus. Vnde aliquando Belgæ soluent in Turcam, si per malos liceat.

CENSVRA.

ORigini AVREI VELLERIS lucem dabit eius Encomium, studio, labore, industriâ R[di] Domini Godefridi Wendelini I.V.D. Bethasiorum Pastoris elucubratum, si lucem videat. Actum XXVI. Aprilis. M. DC. XXXII.

Gaspar Estrix Canonicus & Plebanus Antuerpiensis Librorum Censor.

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA

BALTHASARIS MORETI.

M. DC. XXXII.

In templis,[16] *cæsarum ouium sub nocte silenti,*
VELLERIBVS *stratis incubuisse ferunt.*
Et quia[17] *signandis placuere hæc* VELLERA *dictis*
(Ceu Ioui Amaltheo Diphthera sacra monet,
Ceu[18] *docet à primis sæclis quòd sueuerit olim*
Pelles Ionius sermo vocare βίβλως *)*
Illa dies Terræ post tristia fata RENATAE,
Fallor?[19] *an hoc ipso* VELLERE *scripta fuit?*
Sic erat. Et fuit hoc non VELLERE *carius aurum;*
Concepta est MVNDI *quo* GENITVRA *libro.*
Quâ nihil[20] *Astrologos memini reuerentiùs vsquam*
Suspexiße, sacrâ lege, GENETHLIACOS.
Seu quos Vrania Chaldæâ fouit in vrbe,
Ægypti seu quos terra vetusta tulit.
Persa[21] *Magus certè, Cæli Solisque sacerdos,*
Tutelam gentis VELLERE *pinxit ouis:*
Aßyriis sicut truculenti forma Leonis,
Pellæisque[22] *olidæ risit imago Capræ.*
Ergo, & Eleusinæ voluit Mysteria matris
Ogygus[23] *Archaicis texere si qua peplis,*
Siue qua Deucalion priscis mandare tabellis;
*(*DILVVII *populo testis vterque suo,*
Ogygus[24] *Iapeti proles, Noachique nepotum*
Primus, in Aonio cui data regna solo;
Attica[25] *Deucalion postquam Anthesteria sanxit,*
Thessalicas regnum nactus ad vsque Pylas)
Quidquid ab his Phrixi seruauit Diphthera; sanctis
Inscriptum Mundi sunt Thema VELLERIBVS.

16 Virgilius & alij captandarum sortium ritum hunc prodiderunt.

17 Sacrorum quoque Vellerum vsus ad inscribenda Mysteria.

18 Herodotus hoc ipsum tradit exsertè.

19 Non stelis tantùm illis, quas memorat Iosephus, sed & Velleribus inscripsit historiam Diluuij Noachus.

20 Super Mundi Themate illo Iudiciaria Astrologia constructa est tota, cùm apud Chaldæos tum Aegyptios, vt videre est apud Firmicum.

21 Daniel Persicum imperium Ariete effigiat, Assyrium Leone.

22 Daniel & Iustinus Capras Macedonibus tribuunt, sacras veluti ac tutelares.

23 Primus apud Græcos Ogygus Diluuij memoriam sacrauit templis ac cærimoniis, & post 240 circiter annos idem præstitit Deucalion, quem & scripsisse de Diluuio Cedrenus suggerit.

24 A Iapheto Noachi filio deriuat Ogygum idem Cedrenus; & quis tandem ille fuerit, Diluuium meum aperit.

25 Anthesterionis die 13. agebatur festum τῶν χύτρων, manibus eorum qui Diluuio perierant placandis, quod Deucalion scilicet Diluuialis religionis sacerdos instituit, regno dignatus propter hoc ipsum apud Thermopylas.

Picta-

Pictaque (ceu ius est) [26] *hæc cæli lipsana, fuluis*
Auroræ, Lunæ, Solis ab Iconibus:
Docta [27] *Palæphatiâ quando mihi voce papyrus*
Adstruit indicio Mystica sacra suo.
Quæ, sicut sobolem non ignorare nepotum
Naturæ voluit Mysta parensque Noa:
Sic quos [28] *Deucalion docuit, quos Ogygus; his de*
Mos fuit AVRATVM *dicere* VELLVS *habent.*
Et qui relligiosè habuere, vt Phrixus & Atreus,
Hos repetunt claræ stemmate stirpis auos.
Vnde [29] *Atreus gnarus Solis Lunæque laborum,*
Regia præ stolido sceptra Thyeste tulit.
VELLERIS *at Phrixum proauiti sacra ferentem*
Tam læto excepit Phasidis ora sinu;
Vt quamuis [30] *profugo, tamen hac pro dote marito,*
Panderet Æetæ regia Virgo torum:
Colchis vbi Armeniis contermina finibus, ortam
Se Noacho, fuerit quòd [31] *recutita, docet.*
Ne quà miremur si VELLERIS *auxerit aurum,*
Congestasque adytis accumulârit opes;
Templaque [32] *Enyalio dederit. Quâ voce notari*
Vltrices scelerum nos benè scimus aquas.
Ac quamquam Noachi retrò sublapsa referri
Relligio vitio temporis orsa fuit;
Vixque alibi tenues veri simulauerit vmbras,
Erepta ex oculis sensim animisque hominum:
Postquam instaurari hanc Superis sententia sedit,
Atque nouas leges [33] *sub duce Mose dari;*
Non tamen est ARIES *veteri fraudatus honore,*
Quin potiùs, multò claruit inde magis.

[26] Solebant Astrologica scribi litteris aureis; & numerus Lunæ rationem indicans, Aureus idcircò dictus.

[27] Auctor est Palæphatus, Vellus aureũ fuisse Auroræ signum aureum, quod Astronomicon ego Noachi scriptum interpretor, ex Luciano in Astrologiâ, & aliis.

[28] Ogygi Deucalionisque posteri ac discipuli Vellus aureum habere dicti, quotquot Noachi religionem scilicet colerent.

[29] Lucianus & alij tradunt, huius Velleris beneficio Atreum Astronomiæ peritissimum, & qui eclipsin Solis prædixerit, prælatum Thyesti in regno adipiscendo;

[30] Phrixus ob hoc Vellus in dignatione fuit apud Colchos, duxitque Regis illic filiam.

[31] Circumcidebantur Colchi more Iudæorum, teste Herodoto.

[32] Ἐνυάλιος ἀπὸ τῆς ὕης dictus, Mars putatur; sed sonat vox ista vltorem DILVVIALEM: Deum puta, cui templum Colchicum dicatum fuit, non Marti.

[33] Religionem Noachi Diluuialem non sustulit Moses, sed sacrauit, primosque honores Arieti detulit.

Lectus

Lectus enim est, Pharios qui mergeret æquore currus;
Isacidæ [34] siccâ per quod iere viâ:
Sacrauitque AGNI *tinctos de sanguine postes;*
Fœderaque, à primi Paschatis icta die.
Siue etiam hinc meruit cæli inter Signa referri,
Æternus tanti testis & esse boni.
Idem [35] ARIES, *Iosui quà proderet Angelus hostem,*
Suspenso stantes amne ligauit aquas.
Pòst [36] *Madianitas bello Gedeona petentem*
Duxit, & auspicij signa secunda dedit;
Roscida cùm nullis maduerunt VELLERA *guttis,*
Arida cùm pluuio sub Ioue lana fuit:
Posset vt hoc ARIES *rursum inclarescere monstro,*
Vexillumque sacræ figere Militiæ.
In [37] *quam cùm misit Chironis Iasona curas,*
(Hunc quoque ducentem Deucalione genus)
Non secùs ac Iosuen, Mosen, Noachumque, per vndas
Suasit inexpertas ire, redire vias.
Cuius cùm referunt cursus rexisse Columbam;
Nónne ipsum agnoscunt, commemorantq; Noam?
Additur, [38] *vt dubiis summo in discrimine rebus,*
Argo præsentem sensit adesse Deum.
Bebrycias Amycus cogebat in agmina turmas,
Hospitibus Minyis aspera bella ciens;
Cùm sese pauidis cælo delapsa per auras
Obtulit aligeri candida forma viri;
Eripuitque malis. Templum Signumque dicauit
Æsonides, memori nomine, Sosthenium:
Quod Constantinus Michaëli deinde sacrauit;
Admonitus iussis scilicet Angelicis.
En quibus auspiciis (neq; enim vetus illa priorum
Omnia canities quæ fugiamus habet)

Deuca-

[34] Moses exiuit ex Aegypto Sole tenente Arietem, itaque & Agno fecit Paschali.

[35] Iosue per siccum Iordanem est ingressus Chananæam sub Ariete.

[36] Gedeoni purganti aream apparuit Angelus, vtique Sole tenente Arietem, quare & per Vellus ei futura significauit.

[37] Iason Deucalionis pronepos soluit verno tempore, ac multis modis eius res, sicut narrantur, Noachum exprimunt.

[38] Historiam hanc admirabilem vide apud Cedrenum, atq; à fabulâ Iasonem vindicare disce.

Deucalioneæ cultor pietatis Iason
Reddidit Ogygio VELLERA *sancta solo.*
Fallor? an à [39] *Phrixo ad Gedeona & Iasona fasti*
Lustra ter octonis orbibus acta ferunt?
Tempus idem amborum? Sic est. [40] *Cùm solueret Argo,*
Iam Madianites sumpserat arma ferox.
Hoc fuit ante [41] BONVM *ter sæcla nouenna* PHILIPPVM:
(De tamen hoc Soles tempore deme nouem)
Ceu serie historicâ Clio transacta recondens,
Hæc alibi Chronicos digerit in Canonas;
Et docet, vt quibus hac de puppi fama perennat
Ætas, [42] *Heroas non tulit vna semel.*
Sed, si quos similes virtus illexit ad ausus,
Gloria constituit nobilitate pares.
Aureus ergo ARIES *per tot miracula fulgens,*
Et præ quo scoriam cuncta metalla putes;
Gemmeus est postquam hoc sub sidere, [43] *clarior* AGNVS
In gremium subijt casta MARIA *tuum.*
Qui ne de superis has illapsurus in oras
Ætherei aduentus nuntia paruâ daret;
(Quamquam ceu pluuij sine murmure guttula roris
In VELLVS, *tacitâ linqueret astra viâ)*
Terrasque tractusque maris cælumque profundum
Dignatus magnâ est ceu monuisse tubâ.
Anno [44] *namque prius quàm se committeret orbi,*
(Vt metatores Regibus ire solent)
Non iterùm innumero redituros Vere Planetas
ARIETIS *in signo iussit adesse simul:*
Et peragi primo Comitia maxima cælo,
Vix ea post annum dissoluenda nouum:

[39] Phrixus claruit anno Mundi 2587. ante Iasonem 120.

[40] Eodem anno Mũdi 2707. & Iason claruit, & Madianitæ grassati sunt, quos fregit Gedeon.

[41] Philippus Bonus anno Christi 1431. qui fuit Mundi 5399. instituit ordinem Aurei Velleris.

[42] Non omnes illi Heroës qui feruntur à Poëtis cum Iasone interfuisse expeditioni Argonauticæ, eodem tempore vixerunt.

[43] Christus incarnatus est die 25. Martij Sole Arietem obtinente, anno Mundi 3964.

[44] Anno Mũdi 3963. mense Martio fuit magna Triplicitas Planetarumque omnium synodus admirabilis in Ariete; ac post annum Christus incarnatus fuit, solutâ iam Triplicitate.

Saturni, Iouis, ac Martis Triplicata potestas
Maximi vbi partus omina terna dabant.
Aurea Saturni qui ſæcla reponeret olim
REX, *placidâ mundum ſub ditione tenens:*
Quique Iouis multas fumantia thura per aras
MYSTA *Deo aſſereret relligione Patris;*
Et pacaturus truculenti prælia Martis
Vulneribus MEDICVS *Myrrhea dona daret:*
AVRVM, THVS, MYRRHAM, [45] *Reges, Myſtas, Medicoſque,*
Ne SVA *miremur dona tuliſſe Magos;*
Atque [46] *Palæſtinum pueros timuiſſe Tyrannum,*
Quotquot ab hoc cæli lux tulit alma ſitu.
Sic ARIES *priſcis toties cantata Sibyllis*
Aurea de cælo ſæcula reſtituit;
AGNI [47] *purpureo tandem obſignata cruore,*
Arbore quem multum fudit ab ille Crucis:
Totque figurarum traxit compendia ſecum,
A priſci quotquot VELLERE *Abelis erant:*
VELLERIS *vt proprij in ligno ſanciret honorem,*
[48] OESYPA *ſedarent cùm lita felle ſitim.*
OESYPA, *diuinis tunc ſic contacta labellis,*
Suxerit hinc vires vt Medicina nouas:
Quas ſenſit longo Natura oppreſſa veterno,
Vix poſt dena quater ſæcla renata ſibi.
Agnouit [49] *Cælum, Tellus, Mare, & Infera regna,*
Hunc AGNVM *flexo deuenerata genu.*
Cui dudum & Reges ſubmittunt ſceptra volentes,
Seruitio hoc læti libera colla premi.
Colla, quibus ſacras innectunt ſponte catenas;
Ne non ſit turpi ſpes quoque adempta fugæ.
Adſciſcunt

[45] Magi Perſarũ Reges creabant: Sacerdotes erant Solis; & Medicinæ conſulti, Plinio & alijs teſtibus.

[46] Hinc intelligimus, cur Herodes occiderit infantes à bimatu & infrà, vſq; ad tempus nouæ ſtellæ.

[47] Chriſtus paſſus Sole tenente Arietem.

[48] Obtulerunt milites Chriſto ſitienti in cruce calamo impoſitam ſpongiam, obuolutam Oeſypo ſeu Ὑσσώπῳ, prout Medici vocant. ita illuſerunt Deo proteruì ſcurræ.

[49] In nomine IESV omne genu flectitur.

Adſciſcunt [50] *Procerum ſocialia corda ſuorum,*
Commenti variis ſymbola quiſque notis.
Symbola, MILITIAE *ceu Niceteria* SACRAE,
Corporis illuſtri parte ſueta geri.
Ergo [51] *aliis aliud dum (& futile ſæpè)* PHILIPPO
VELLERIS AGNINI *teſſera lecta fuit:*
Quando ratus curas BVRGVNDO *Principe dignas,*
Si tales mores inderet ingeniis;
Ac tantùm exemplo Heroüm formaret honores,
Quantùm illi pictis Stemmata de Clypeis;
Ordinis in partem Gedeone & Iaſone digni
Legit,quorum eſſet pectore laudis amor.
Laudis amor ſolidæ, nec ſomnia vana ſequentis,
Ruſtica [52] *Nobilitas qualia ſæpè videt:*
Sed quali Gedeon Madianitùm agmina ſtrauit;
Æſonides quali VELLERA *fulua tulit.*
Scilicet,occiduas vt partâ pace per vrbes,
(AGNI *vbi veſtiri* VELLERE *quiſque velit,*
Grexque gregem ceſſet rabie lacerare caninâ)
Sentiat [53] *Europæ Phaſidis ora minas:*
Sentiat victrices vires, iraſque minores
Viribus, & meritas Verpus apella vices.
Quod [54] BVLIONAEVS *Princeps* , *quod* FLANDRICVS *olim*,
Vt ſtudeant,fortes erudiere viros.
Quos ſi ciuilis ſterili de puluere pugnæ,
De glacie, atque vluâ, pæniteatque niue;
Nulla vbi victori compendia, damnave victo,
Stantem vbi proſtrato ſuccubuiſſe pudet;
Exſpectent ſacri pretium non vile laboris:
Permutentque lutum cum meliore ſolo

[50] Ordines varij à Principibus inſtituti, plerique omnes in Christi Dei laudem ac gloriam.

[51] Illuſtriſſimus Aurei Velleris Ordo præ alijs omnibus exſertè eminet.

[52] Corruptio nobilitatis ex contemptu veræ laudis à pietate petendæ, & ſacrâ Militiâ.

[53] Turca petendus.

[54] Godefridus & Balduinus Heroës omnibus imitandi.

Helladis, Ægypti, Libyes, Asiæque; quod omne,
Eheu! Byzanti Sardanapalus habet.
Illic, captiuo VELLVS *graue splendeat auro;*
Femina nec teneat præmia digna viris.
Præmia, Threïcio sic custodita Draconi,
Sueuerit [15] *Hesperias vt timuisse manus:*
Cùm nulli fluctus, nullæ Symplegades obstent,
Quin ducat PETRI *Dia Columba ratem.*
Nil [16] *Taurorum illi fumosa incendia prosint;*
Quæ ructat vano vanior ira sinu.
Ære pedes solidi nil sint, nisi proxima victo
Instrumenta metus, præcipitisque fugæ.
Dentibus infrendens, furiato vt mordeat ore,
Quantus & est rabido pectore verrat humum;
Spargat Tartaricis armorum semina sulcis,
Suscitet vt turmas in noua bella nouas;
Nil aget. Et [17] *nomen dispellet Iasonis vmbras;*
Siue hoc Hebræo suauius ore sonat.
Auguror? an quorum mihi dulcia somnia fingo,
Præsaga mentis gaudia dictat amor?
Atque adeò; an cæli Numen quoque vota secundat
Publica? nec ventos irrita ferre sinit?
Euenient. Dat signa Deus. Neque enim omine nullo
Dubidis [18] *ad ripas concinit albus Olor;*
Per loca senta situ, per confraga & arcta, nec olim
Peruia, iam faciles lenè trahentis aquas.
Ille vbi Luscinias [19] *patrio modulamine mulcet;*
Auditurque Aquilis, inuidiamque parit.
STEMMATAQVE, & *Veterum clangit decora alta parentum,*
VELLERIS AVRATI *quos celebrauit honos.*

15 Occidens terrori semper fuit Asiaticis, de quibus toties triumphauit orbis Latinæ Ecclesiæ.

16 Fastus & iactantia Turcica facilis debellari.

17 Idem vocabulum Iason Græcè, IESVS Hebraicè, Medicus Latinè: vnicum robur sacræ Militiæ.

18 Chiffletius Aurei Velleris Scriptor, incomparabili facilitate ac facundiâ natus Vesontione ad Dubin.

19 Gallicè Gallis scripsit, & Latinè Latinis pari suauitate.

Vt

Vt ne virtutes encomia iusta requirant;
Et discat proaui fortia facta nepos.
Dum Colchos alij per lucra infamia quærunt,
Ad quæ fucato VELLERE *turba ruunt;*
Chironis soboles, & Iasonis alter Iason,
Ad VELLVS *curuâ nescius ire viâ,*
Tot[60] *præco decorum, tune hic Cygnus es* CHIFFLETI,
Qui Gallis nectar fundis ab ore modis?
Qui Latio ambrosiam sic iam sermone propinas,
Aspera mellito vt verba sapore fluant?
ICCIA[61] *qui nostris monstrasti littora, vt esset*
Vnde Argo Jonias Belgica adiret aquas?
Vnda, feræ, volucres, Orphea silentia seruant:
Accubo ego auscultans. Incipe CYGNE *Melos.*


[60] Opus adfectum iam habet de Aureo Vellere Tomis magnis explicatum.

[61] Chiffletij portus Iccius felicissimi detectus. Vnde aliquando Belgæ solent in Turcam, si per malos liceat.

CENSVRA.

ORigini AVREI VELLERIS lucem dabit eius Encomium, studio, labore, industriâ R[di] Domini Godefridi Wendelini I.V.D. Bethasiorum Pastoris elucubratum, si lucem videat. Actum XXVI. Aprilis. M. DC. XXXII.

Gaspar Estrix Canonicus & Plebanus
Antuerpiensis Librorum Censor.



ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA

BALTHASARIS MORETI.

M. DC. XXXII.